



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

XXXIV. De literis mittendis iudicibus, vt ea, quae inter Donatistas & maximianistas facta sunt, innotescant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

sunt, per vniuersas prouincias Africanas penitus  
 innotescat, quam miserabili errore deuincti sunt  
 diuersa sentientes; *ne forte*, sicut dicit Apostolus, no-  
 bis in mansuetudine corripientibus, *det illis Deus*  
*pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipi-*  
*scant de diaboli laqueis, captiuati ab ipso in ipsius vo-*  
*luntatem.*

## XXXIV.

Cod. Can.  
cap. 67.

Itaque placuit, vt ex Concilio nostro literæ da-  
 rentur ad iudices Africanos, a quibus hoc peti  
 congruum videretur, vt in hoc adiuuent commu-  
 nem matrem ecclesiam catholicam, in quo episco-  
 palis auctoritas communiri in ciuitatibus potest, id  
 est, vt iudiciaria potestate atque *diligentia*, ex fide  
 Christiana, quid gestum sit in omnibus locis, in  
 quibus Maximianistæ basilicas obtinuerunt, qui  
 ab eis schisma fecerunt, inquirant, & gestis publi-  
 cis propter firmam notitiam omnibus necessariam  
 faciant inhærere.

## XXXV.

Cod. Can.  
cap. 68.

Deinde placuit, vt literæ mittantur ad fratres &  
 coepiscopos nostros, & maxime ad sedem aposto-  
 licam, in qua præsidet memoratus venerabilis fra-  
 ter & collega noster Anastasius, quo nouerit habe-  
 re Africam magnam necessitatem, propter eccle-  
 siæ pacem & utilitatem, vt ex ipsis Donatistis, qui-  
 cumque clerici correcto consilio ad catholicam  
 vnitatem transire voluerint, secundum vniuscuius-  
 que episcopi catholici volûtatem atque consilium,  
 qui in eodem loco gubernat ecclesiam, si hoc paci  
 Christianæ prodesse visum fuerit, in suis honoribus